

meo male intelligo, quanto studiosius hinc me melior transferre, tanto me diutius a Domi-
no repellis, et tanquam pilam repercutis. L. immobere stultissimum est, etiam si hic obruior mis-
eris, nullum hinc demceps pedem movere, nisi aliqua legitima vocatione Dominus ip-
se det signum abeundi. Breve mihi tempus scio reliquum esse, non debeo tempore laborare,
quo loco potest esse. Non desistat hic rebus necessariis, desunt congressus bonorum, et
doctorum colloquium: ad desunt odia hominum. Quod oblationes propter amicitiam
aliorum Ecclesiarum. Sed eadem incometa, quicunque me conseram, conalescent etiam,
aut certe minora, non erant. Maneat mihi Domini benevolentia, cetera suisque deque-
fero. Quod scribis de moribus presentibus, longe sunt inferiora vero. Optimum
factum video, ut abdicatis ab infelicibus controversiis pietate in spiritu. Quod vero colo-
mus. Nunquam ego hic contendis cum aliquo de re vlla, sed in odia incutis propter
consuetudinem eorum, quos is est et detestantur. Dominus dabit his finem, cum transi-
erit nos in regnum suum. Amen. Quod ad te attinet, si potes cum bona conscientia
et non impedita vera vocatione isthic manere: hortor ut tibi prore iungas, et ali-
quam sedem locum rerum ibi ponas. Expectas dum animus defluat, ut ille labitur
et labetur in omne volubilis ventum. D. Decem et octo valde diligo, Quod oro Filium Dei
ut Spiritu suo sancto in omnibus et consiliis et periculis eum gubernet, nosque oes
quavis imbecilles, tam ab humeris suis pendentes, clementer gestet. Amen.

Bremae. 12. Iulij. 1557.

Tui amatissimus. Iohan. Molanus.

Studioso adolescenti, Gerardo Stedingo.
Wittebergae.

Egidij Berinij.

Na. 121

Pax Christi.

Suavissime Stedinge in meo difficili morbo non mediocri consolatione tua pri-
tamque officiosa epistola meum animum permulsi, quae ut non dubiam tunc probita-
tis significationem ostendit, ita mirificum quendam tuum erga me amorem testa-
tur. Et, vero quoniam hoc tempore neque scribendo, neque consulendo, neque villo demum
officio respondere possum, obnixi rogo salutis nostrae principem et huius nostri
benevolentiam, inceptorem, Jesum Christum, ut permittat porro tunc bene consulere
tunc etiam benefacere adolescentiae tuae. Si quo autem humano consilio crebis,
gaudeo commendationem te esse piissimis simul et sapientibus doctoribus quorum autho-
ritate et prudentia tute mihi possis. Ego vero qui quantum eos amore tui supero,
tantum benedicens facultate infra ipsos subsidio, quod unum possum orator
tibi et applaudo recta via ad laudabilem eruditionem abitis (quod dicitur) pedibus
currenti, perplacet mihi ea studij tui institutio, quam in Epistola descripsisti, hac
serua constanter, ne, ut plerique iuvenes, desultoria quadam natura, aratro in opere
relicto, subinde ab alijs ad alia transilias. Iuris civilis cognitio atque interpretatio
(ut Cicero ait) summo semper in honore fuit, atque hoc scientiae genere prodesse qua
plurimis vehementer et ad opera augendas pertinet, et ad gratiam, sed quam
per quam operosa est eius cultura totumque sibi animum tanquam arionem intentum re-
quirat, non feceris imprudenter (ut mihi quidem videtur) si priusquam te in istius
heroica palatium ingeras, anno uno, et item altero, ut res alias, ferent, in artibus
dicendi, in philosophia morali, in mathematicis, in cognitione historiarum, quae omnia
illi Domina perpetuo ancillantur subactum tibi et sapienter exultum ingenium red-
das. Ante omnia autem te obtestor, ut in lege Domini permas naviter meditari, id
ita demum fiet quam felicissime, si in istis artibus, quae praesenti tantum vix, vel
ad opera vel ad dignitatem profuturum sunt, nullam spem ponas consiliorum tuorum
sed

[= Mscr. A. 11:
N. 136]

+ Horat.

sed totam in DEO vivente qui dat nobis omnia assatim ad fruendum. tum autem
si ut Reipub. causa civiles leges. (quae et ipsae sunt a DEO ordinatae) studiose
nosce: ita etiam tua salutis gratia, saltem successibus Veteris Testamenti historia
legesq. morales pie ac reuerenter perdiscas, et noui Testamenti doctrinam accuratissimam
arrestam in animi tui substantiam in vitam moresq. transmittas. Sed hac autem
ita alia via hoc assueveris ut in artibus presenti vitae necessariis paucis annis magnos
progressus facias, et quod omnino per sapientiam praestantius est ut in agnitione tuissima
et cum sensu fiducia Christi DEVS assuescas legitime invocare. Haec sunt quae
hoc tempore pro mea parua prudentia possum de ratione studiorum tuorum rescribere
ea si erant (ut erant certe) minora quam pro tua expectatione tamen quia ex aequo
erga te optime affecto profecta sunt, erant tibi in bonam partem accipienda.
Meae res sunt ut solent esse humiles sed tranquilla. De yis alias, nunc per vale.
tudinem meliorem quidem sed nondum prorsus confirmationem prolixior esse non
possum. Vale adolescens dulcissime. Salutem dicunt mea vxor. Theodoros et
reliqui familiares. Mater tua Matrona p. h. tam benivola se nobis exhibet
ut iam praeferam mihi sententia abunde satisfactum. Tu etiam hoc vide ut in
cura corporis, quoniam minus anxie sumptum facis ne genium tuum bonis necessariis
rebus fraudes. Iterum vale. 13. Cat. Aug. Brema.

Tui studiosus Johannes Melanus.

Nr. 137

Pyissima Matrona Barbara Montens, vxori
Francisci Bruyninx. Antuerpiae.

Epistola
Ex sermone
de ueritate
facta Latine.

[Hscr. n. 11:
Nr. 137]

Chara Soror DEVS det tuae charitati gaudium et tranquillitatem in ser-
uatore nostra perdita natura per Spiritum sanctum omnium miserarum conso-
latorem. Amen

Cum subinde mecum repeto memoria quanto ardore soliti simus de salusifico
DEI nostri verbo inter nos colloqui et veritatem eius aeternam vicissim ali-
alijs amantissime contristat me non mediocriter. Ita nos frigidos et negligentes
factos esse ut vix exiguum epistolum inter nos missitare possimus, quo hoc salte-
manifestum sit amare nos adhuc mutuum in Domino et in eius veritate constan-
ter persistere. Ferrum (inquit sapiens) ferro acuitur, sic virum decet viri congrui-
su acui et ad cogitationem Evangelij excitari. Scio te Soror abundare viris sa-
pientibus qui et praesentem verbis et absentem literis in recta via Domini co-
firmant at ego miser exil qui sermo omnibus hominibus exiit penes in angoni-
bus consumptus sum saepe opus habeo eorum pijs consolationibus quas DEVS suo Spi-
ritu veritatis illustravit in rectam notitiam Mediatoris & Redemptoris
nostri Iesu Christi. Qua de causa te rogatam volo ut cum se huc recipient fide-
les amici rescribere digneris quam ardens quam firma quam alacris spes in Do-
mino cum filijs tuis una qui mei prorsus sunt obliti. Quod autem ad me attinet
celare te possum, quod hunc totam annum in magna cordis angustia hansi potissi-
mum a proximis Pasche ferijs ad hunc usque diem cum tam vehementi tentatio-
ne luctatus sum, ut nihil scirem aliud quam me a DEO derelictum esse. Chara
Soror, notitia DEI bonus animus, fiducia cordis, certitudo conscientiae, robur fi-
dei in me erant funditus extincta. Sola spes misericordiae DEI nobis promissi-
sa in vnguento filio DEI et iureiurando obstricta, relicta erat apud me. Ita
quam parua scintilla in tummyis, horrendisq. tenebris. O Domine DEVS
salutis meae quam anguste pressa fuit anima mea, vita mea ad inferos usque pro-
lapsa erat. Vir enim omnino ope deservitus similis illis qui iacent in sepulchris que-
rum memoriam ex animo tuo delevisi in unum puteum me precipitas ut ha-
minem cui nulla fiducia esset in Domino DEO suo. Soror haec sunt veriora his
qua apud Sagram. Simulatq. DEVS (etiam cum maxime nobis videmur stare)

qua